

FRANCISCI RVEI

Stultitiamq; pro amuleto deferet. Dæmonas prauos pellere, sapientiam, animi quoq; constantiam promouere creditur. Nocturnis item pauoribus, & molestis intersomnijs aduersari crebro sum expertus. Addit & Thetel Iudæus philosophus Chrysolithos repetiri insignitas fœmina, vna manu auē, altera verò piscem continentem mercatoribus utiles quod stultitiam pellat, inuitent autem solertiam, qua illi suis negotijs bene absoluendis maximè egent. Quanquam & id suam abunde redoleat vanitatem.

De Beryllo. Cap. VIII.

Berylli pro
batie.

BEryllorum India parens est, ita ut Brarò alibi oriantur. Est autē Beryllos vna ex virentibus lucidisq; Gemmis. Probatissimæ sunt quæ limpidi maris virorem proximè referunt. Ab his Chrysoberylli paulò lāguidiores, fulgore in aurum vergente, laudātur. Sculpuntur singulæ forma sexangula, quò